

detur illi cuius fuerit pignus, si accipiens dictum pignus fuerit mercator.

Cap. XVIII. Rubrica de fide rei disperdite.
R. c. a.

5 **T**aliter duximus ordinandum quod, quicumque perdiderit vel distribuerit rem aliquam alienam sine voluntate domini, fides valoris dicte rei detur domino rei, si querela pervernerit ad dominium per dominum rei, salvis statutis de pignoribus aliis obligatis.

10 Cap. XX. Rubrica de eumentibus furtum ignoranter.

Volumus quod quicumque rem sibi furatam vel acceptam invenerit in potestate dominii vel alterius persone, que rem illam emisset extra (in) forum publicum, talis res sic
15 ablata restituatur domino rei, probanti primo quod talis res sibi fuerit ablata et defenden- // do se quod nulli alii alienavit. 203 B
¶ Si vero aliquis in foro publico emerit aliquam rem, et aliquis conquestus fuerit de re vendita, allegando quod res illa furtive et malo modo sibi fuerit accepta, si emptor talis
20 rei iurare voluerit quod rem illam pro furto non cognovit nec venditorem cognoscit nec pro auctore sive varente eum habere possit, tunc dictam rem ipse emptor habere debeat et sit sua. ¶ Salvo quod, si ille cuius fuerit res precium emptionis restituere vellet emptori, tunc emptor dictam rem pro eodem
25 pretio quo emit ipsi domino reddere debeat; et si essent forenses, talis ratio remaneat in discretione dominii. ¶ Becharii vero emere possint ubique bestiamina, et si appareret dictum bestiamentum fore furatum vel vi acceptum, et si talis becharius emptor dicta bestiamina viva habuerit, domino cui fuerint
30 furata vel vi accepta dicta bestiamina restituere debeat pro eodem precio quo emerit(n)t, iurando tamen dicti becharii quod dicta bestiamina non cognoverint pro furto nec credidit furata(s) esse.